

S A T V R N A L I O R V M

Saturnaliorū  
uetustas.

ex iūjs compitorz in quibus agitabantur, compitalia appellitauerunt. Sed per age cætera. Tunc Prætextatus: Bene & opportune similis emendatio sacrificiorum relata est. Sed ex his causis quæ de origine huius festi relatæ sunt, apparet Saturnalia uetustiora esse urbe Romana: adeo, ut ante Romam in Græcia hoc solenne cœpisse, L. Accius in annalibus suis referat his uerbis:

Maxima pars Graiūm Saturno & maximæ Athenæ  
Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.  
Cumq; diem celebrant, per agros urbesq; ferè omnes  
Exercent epulis læti, famulosq; procurant  
Quisq; suos, nostricq; <sup>Romani</sup> itidem, & mos traditus illinc  
Iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.

De templo Saturni, deq; his quæ in huius æde aut imagine uisuntur. Et quo modo intelligenda sint ea, quæ de hoc deo fabulose dici consuerunt. Caput .VIII.

Saturni tēplū

**N**unc de ipso dei templo pauca referenda sunt. Tullū Hostiliū cū bis de Albanis, de Sabinis tertio triūphasset, inuenio fanū Saturno ex uoto cōsecrassæ, & Saturnalia tunc primū Romæ instituta. Q;uis Varro libro sexto q; est de sacrī ædibus, scribat ædē Saturni ad forū faciendum locasse L. Tarq;num regē, Titū uero Largium dictatorē Saturnalibus eā deditasse. Nec me fugit, Gelliū scribere senatū decretissæ, ut ædes Saturni fieret, eiq; rei L. Furium tribunum militum p̄fuisse. Habet arā, & ante se cōnaculū. Illic Graeco ritu capite opto res diuīna fit: q;a primò à Pelasgis, p̄st ab Hercule ita eam à principio factitatā putant. Aedē uero Saturni ærariū Romani esse uo/G luerunt, q; tēpore q; incoluit Italiā, fertur in eius finibus nullum esse furtum cōmissum, aut q;a sub illo nihil erat cuiusq; priuatum, Nec signare solum, aut partiri limite cāpum Fas erat, in mediū quærebāt, ideo apud eum locaret populi pecunia cōmunis, sub quo fuissent cunctis uniuersa cōmunia. Illud nō omiserim, Tritonas cum buccinis fastigio Saturni ædis suppositos, q;m ab eius cōmemoratione ad nostrā ætatē historia elata, & quasi uocalis est: antè uero, muta & obscura & incognita, q;d testant caudæ Tritonum humi mersæ & absconditæ. Cur aut̄ Saturnus ipse in compedibus uisa, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit, uerz mihi Apollodori lectio suggerit. Saturnum Apollodorus alligari ait p annum laneo uinculo, & solui ad diē sibi festum, id est mense hoc Decēbri. Atq; inde prouerbium ductum: Deos laneos pedes habere. Significari uero decimo mense semē in utero animatum in uitam grandescere, q;d do, nec erumpat in lucē, mollibus naturæ uinculis detinet. Est porrò idem Κρόνος Χρόνος. Saturnum em̄ inquantū mythici fictionibus distrahunt, intantū physici ad quandā ueri similitudinē reuocāt. Hunc aiūt abscidisse Caelij patris pūdenda, qbus in mare deiectis, Venerē procreatam: quæ à spuma unde coaluit, Αφροδίτη nomen accepit. Ex quo intelligi uolunt, cum chaos esset, tēpora non fuisse. Siqdem tempus est certa dimensio, q; ex celi conuersione colligitur. Tempus coepit inde. Ab ipso natus putat Κρόνος, qui(ut diximus) Χρόνος est. Cumq; semina rerz om̄ium post coelum gignendarz de cœlo fluerent, & elementa uniuersa, quæ mundo plenitudinē facerent, ex illis seminibus funderent: ubi mundus om̄ibus suis partibus mēbrisq; perfectus est, certo iam tēpore finis factus est pro

Aedes Satur-  
ni quare era-  
rium.

Georg.I.

Tritones cur-  
iæ Saturni.

Saturnus cur-  
laneos habeat  
pedes.